vltroneo ad infrascripta recognoscenda consensu de Bonis paternis et Maternis se Recognoscentem Iure diuino et naturali in vim dotis et expeditionis concernen. (Exceptis Successionibus quibusuis, ipsi post quasuis personas consanguineas legitime seruien.) accepta per manus suprascriptorum Parentum suorum ratione praefatae dotis et expeditionis totali, reali, et sufficienti satisfactione abdicat, et abrenuntiat perpetuo, et in aeuum, de eadem dote et expeditione de Bonis et praemissis et paternis et maternis realiter percept. eosdem Parentes suos, et eorum Successores alios quietat. Itaque sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.

1707.

Modrzeiowski Conuentui Praemysliensi RR. Carmelitarum Discalceatorum inscribit in vim Reemptionis.

1307

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesen. Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Gnosus Andreas Modrzeiowski, Pocillator Syradien. Capitaneus Medicen. sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque aliis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni, quoad Actum hunc attinet, secum Successoribus, Bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subiiciendo palam, libere, publice ac per expressum recognouit, Quia ipse accepta realiter, leuata Summa Quatuor Millium Florenorum Polonicalium, de manibus Religiosi in Christo

1708

Patris Fratris Bruonis a Sancto Francisco Conuentus Premysliensis Religiosorum Patrum Fratrum Carmelitarum Discalceatorum Prioris, totiusq Conuentus eiusdem de qua realiter leuata et percepta eundem Religiosum in Christo Patrem Priorem, totumq ipsius Conuentum praefatum Premysliensis quietat. Eandem summam supra scriptam Quatuor Millium Florenorum Polonicalium inscriptam super Bonis suis propriis et haereditariis, tota videlicet et integra Villa Wielkie Oczy nuncupata in Palatinatu Terraq et Districtu Belzensi iacens et consistens: cum omni eorundem Bonorum Iure, Dominio, proprietate, competentiaq et praerogatiua quauis, cumq omnibus et singulis Bonorum praefatorum utilitatibus, fructibus, prouentibus, reditibus, emolumentis, commodis, obuentionibus, item agris, fundis, pratis, campis, pascuis, syluis, borris, gaiis, nemoribus, indaginibus, rubetis, vepretibus, mericis, villagiis, hortis, pomariis, apisteriis, apum mellificiis, structuris, aedificiisq quibusuis, tabernis, molendinis, horreis, holodiis, granariis, stagnis magnis et paruis, piscinis, piscinulis, lacubus, paludibus, fluuiis, fluminibus, torrentibus, aquis, aquarum decursibus, riuis, riuulis, nec non subditis, Cmethonibus, Hortulanis, Inquilinis, eorumq laboribus, censibus, datis, laboris, vectigalis, muniis, obsequiis, et officiis quibusuis attinentiisq et pertinentiis generaliter vniuersis, ac cum nihil ex praemissis Iuris, Dominii, proprietatis, competentiae et praerogatiuae, pro se Recognoscente, suisq Successoribus, aut alio quopiam reseruando, seu excipiendo, sed omnibus in genere, et singulis in specie comprehensis, generi per speciem et e contra in nullo derogando, verum ita late longe circumferentialiterq, prout praefatorum Bonorum haere-

ditas se in suis metis et limitibus ab antiquo exten- 1709.
dit et protenditur, et put eadem Bona ipsemet Recog-
noscens tenuit habuit, et possidebat, ipsumq concer-
nebant ac eidem legittime serviebant. Jam ex nunc
et de facto suprascripto Religioso in Christo Patri
Fratri Brunoni a Sancto Francisco Priori Conventus
Premyslensis Religiosorum Patrum Fratrum Carme-
litarum Discalceatorum et eius Succedaneis totique
Conventui praefato, nunc et pro tempore existenti, demon-
strat, collocat, inscribit et assecurat, praesentibus, in
vim tamen Reemptionis, alias na wyderkaf, inscriben-
do et obligando se, suosq Successores, et Bonorum prae-
fatorum totius et integrae Villae Wielkie ocz nuncupat.
Haeredes et Possessores pro tempore existentes, ab ea
Summa Capitali Quatuor Millium Florenorum Polonis
Censum annuum Trecentorum Viginti Florenorum Po-
lonicalium, a quolibet Centum per Octo Floren. Polonis
computando et numerando quotannis pro die et Festo
Conversionis Sancti Pauli Apostoli incipiendo solutio-
nem eiusdem Census annualis a proxime et immediate ven-
turo eodem Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in
Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo
proxime venturo incidenti, mediante quietatione manu-
ali praefati Religiosi in Christo Patris Prioris sive eius
Succedaneorum, ad manus eiusdem Religiosi Prioris
vel ipsius Succedaneorum, dare, solvere, et realiter ac in
effectu numerare et per suum nuntium proprium huc
Premysliam ad Conventum praedictum transmittere. Idq sub
vadiis similis Summae suprascriptae Quatuor Millium Flo-
renorum Polonicalium, per eundem Recognoscentem sive
eius Successores Bonorumq praefatorum Haeredes et Pos-
sessores pro tempore existentes praefato Religioso in
Christo Patri Priori vel eius Succedaneis totique

1710

Conventui praedicto nunc et pro tempore existenti, ob non solutionem nec transmissionem census eiusdem annualis pro tempore et loco superius expressis toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. In quae quidem Bona suprascripta, praesens per se Recognoscentem vendita, ibidem Recognoscens suprascriptus Generosus Andreas Modrzeiowski Pocillator Syradiensis Capitaneus Medicensis suprascripto Religioso in Christo Patri Fratri Brunoni a Sancto Francisco, Priori Conventus praefati Praemysliensis Carmelitarum Discalceatorum, et eius Succedaneis totique Conventui eidem nunc et pro tempore existenti, iam ex nunc et de facto dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque Possessionem per Ministerialem quemvis Regni Generalem, et Nobiles duos, die qua cumque voluerint officiose acceptamque. Per ipsum Religiosum in Christo Patrem Priorem Conventus praefati Praemysliensis, et eius Succedaneos, totumque Conventum ipsum, nunc et pro tempore existentem, Bona praefata Summa Capitali et Censu praedicto onerata, cum omnibus Bonorum eorundem utilitatibus et emolumentis quibusvis, tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumque Succedaneorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi, usque ad realem Summae praedictae Capitalis persolutionem. Debebit et tenebitur memoratus Recognoscens Generosus Andreas Modrzeiowski, Pocillator Syradiensis, Capitaneus Medicensis, prout se ac suos Successores Bonorumque praefatorum Heredes et Possessores pro tempore existentes, in et super iisdem Bonis, ac aliis suis generaliter omnibus, Summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis, praedicto Religioso in Christo Patri Fratri Brunoni a Sancto Francisco, Priori Religiosorum Patrum Fratrum Carmeli-

tamen Discalceatorum Conventus Premysliens, et eius Succedaneis, totiq eidem Conventui, nunc et pro tempo- 1711.
re existenti, inscribit et obligat praesen, ipsos in
eisdem Bonis, Summa praefata Capitali et Censu annuo
oneratis et ratione eorundem Bonorum, ab omni et qualis.
impetitione iuridica, quarumcunq personarum cuiuscunq
Conditionis status et sexus cuiusuis existentium ex
occasione suprascriptorum modo quovis exorienda,
in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus
fuerit, tueri, defendere, euincere intercedere et elli-
berare indemnesq reddere, nec non haec eadem Bona,
modo praemisso onerata, ab omnibus in genere Iuribus
et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eisdem
Bonis Summa praefata Capitali et Censu praedicto oneratis,
cuiuis personarum modo quocunq factis et faciendis,
tum etiam a quibusuis Citationibus super eadem Bona mo-
do praemisso onerata importatis et importandis. Lucris de rig.
et per Lucris. Processibus Iuris quibusuis, in quocunq
puncto et gradu Iuris dependens, et in quouis Iudicio
et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super prae-
missis omnibus, modo praemisso oneratis perductis et
perducendis, emundare et eliberare, mundaq et libe-
ra semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam
coram Officio praesenti admissam, in fundo Bonorum praefa-
torum modo praemisso oneratorum dum per Ministerialem
et Nobiles duos officiose requiretur non denegare, imo de-
bebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter
admittere, dataq et admissa eadem, Possessionem et
Vsumfructum Praefatorum annuum et singulorum quouis
modo tam per se, quam per suas quasuis subordinatas
et subordinatas personas non praepedire nec adimere,
ipsumq Conventum praedictum in dictis Bonis modo prae-

misso oneratis, tam in toto quam in quavis minima
1712. parte non iniuriari, ita et haec eadem Bona, prae=
missaque omnia cum universis eorundem utilitatibus et
usufructibus, idem Conventus, nunc et pro tempore exi=
stens, quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Re=
emptionalis vigore tenere, habere, et possidere queat,
illisque uti frui possit, usque ad realem et plenariam Summae
praefatae Capitalis persolutionem. Ideo sub alio simili
seorsivo et speciali vadio, aliorum quatuor Millium
florenorum Polon. per eundem Recognoscentem, sive
eius Successores, Bonorumque praefatorum Haeredes et Pos=
sessores pro tempore existentes, praedicto Religioso in
Christo Patri Priori, sive eius Succedaneis, totique
eidem Conventui nunc et pro tempore existenti ob non
completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in
parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad sol=
vendum succumbendo; Pro quibus quidem vadio
vel vadiis, modo praemisso ad solvend. succubit ac pro
re aliqua principali, ex praemissis non completa com=
plenda, Citatus existens memoratus Recognoscens,
Gnosus Andreas Modrzeiowski, Pocillator Syradien.,
Capitaneus Medicen. sive eius Successores, Bonorumque
praedictorum Haeredes et Possessores pro tempore exi=
stentes, ad instantiam praefati Religiosi in Christo
Patris Fratris Brunonis a Sancto Francisco Prio=
ris Religiosorum Patrum Fratrum Carmelitarum Dis=
calceatorum Conventus Premyslien. sive eius Suc=
cedaneorum, totiusque memorati Conventus nunc et
pro tempore existentis ad Officium praesens Castren.
Capitaneale Premyslien. sive etiam Castren. Capita=
neale Belzen. ad quod prius ex ipsis citabitur, ex tunc.

recessu suprascripto, quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere Vadium vel Vadia praefata luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores et Bonorum eorundem Heredes et Possessores pro tempore existentes, ad eadem omnia inscribit et obligat praesen[tibus], illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta, ad Evictorem vel aliis quibusvis Dillationibus et Legalibus impedimentis non diferendo, ad quietationem praeterea ultra proximas Officiorum praefatorum Castren[sis] Capitan[ealis] Praemislien[sis] sive etiam Castren[sis] Capitan[ealis] Betzen[sis] Terminas Dillationem sibi non recipiendo, nullasq[ue] Motiones, Appellationes, aceorum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Bonis simplicibus vel triplicatis Evasionibus, suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Terrestri, bello, Conventioneq[ue], ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

1717.

Idem Modrzeiowski & R.R. Pres. Carmelitt. Discalceatt. Contus Premyslien. Roborant.

139

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesen[tibus] Castrensibus Capitanealibus Praemyslien[sibus] Gnosus